



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXXI. Quatenus Christi & Sanctorum imagines sint colendae?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

Itaque finis determinat cultum imaginis; non qualitas imaginis in homine viuo, aut in statua intensili.

VI. Imago Regis est venerabilis, quia Regis est; ergo & Christi, & Sanctorum. Item est capax iniuriaæ ac contumeliam: ergo & honoris.

VII. Iustè idola destruxit Theodosius; quia falsorum erant Deorum: ergo verè Sanctorum icones iustè colit Christianus.

VIII. Iconomachi furerunt Iudei, aut Mahometani, aut Nicromantici, aut Hæretici, id est, impii, athei: At defensores imaginum viri Sancti. His igitur, nō illis credendum. Nec enim Deus per inimicos Dei docet Ecclesiam Dei. Nam qui non colligit mecum, dispergit. Luc. ii. Odit autem diabolus imagines; sunt igitur iconoclastæ ex parte diaboli. Vide Bellarm. & meam Genealogiam part. i. quest. 24.

Q V A E S T I O LXXXI,

Quatenus Christi & Sanctorum imagines sint colenda?

LUTHERO-CALVINISTIS, si ve-
lint, informandis; Orthodoxis con-
firmandis, sit quæstio hæc. Quiddam
honoratur trifariam. Per se, vel per Acci-
dens: Propter se, vel aliud: Propriè, vel
impropriè. 1. Per se, rei suppositum,
cui inest ratio venerationis: Ut Rex per
se, ut quis: Regia dignitas, per se hono-
ratur, ut Qua: Purpura per accidens.
2. Propter se res honoratur, cuius ra-
tio venerationis non aliunde Pendet:
Ut rationalis natura. Propter aliud ea,
cui inest ratio honoris, sed quæ ab alio

dependeat: Ut imago Christi vel San-
ctorum. 3. Propriè honoratur, quod
verè sui ipsius ratione honoratur: Impro-
priè, quod loco alterius colitur. Ut cū
funus per statuam alicui ducitur, absente
corpore: Ceu Traianus mortuus tri-
umphauit Romæ, statuī circumne&a.
Ex his subiectas asserimus conclusio-
nes.

I. *Imagines Christi & Sanctorum ve-
nerandas sunt non solum per accidens & im-
propriè, sed etiam propriè, scilicet ut vi-
erentur ipse venerationem in se, non tantum ut vi-
erent exemplaris.* 1. Quia Conc.
VII. a&t. 7. dicit esse venerandas; sed nō
latrâ. 2. Quia quod dicitur im-
propriè, potest simpliciter negari: si ergo
impropriè solum venerandæ forent ima-
gines; posset simpliciter negari: sic ve-
nerandas; quod Conc. VII. datur.
3. Decernit idem, esse venerandas, ut
Euangelium, & sacra vasa. Quia eis
inest quid acrum, scilicet imago, & dedica-
tio facta cultui diuino.

II. *Non sunt imagines adoranda la-
treuicæ propriè: impropriè tamen & per
accidens potest coli. ut prototypon, dum
pro exemplari accipitur imago, & cultus
mente refertur ad exemplar: Ita D. Tho.
3. q. 25. a. 3. Idque non ratione mate-
riae, aut formæ; sed solius actualis repræ-
sentationis.*

III. *Nulla imago per se & propriè, eo-
dem adoranda est cultu, quo exemplar i-
psum.* 1. Sic Concilia, & Patres. 2.
Quia latrâ soli Deo sic debetur. Exo 20.
Deos aureos & argenteos non facietis mecum.
Quia imago est inferior exemplari: ergo
nec cultu latrâ est colenda pari. Non
cultu interno; qui est apprehensio ut
R. pri-

primi Principii: Non externo latreutico; qui est sacrificium. 3. Quia hæresis fuit, teste Irenæo l. 1. c. 24. Epiph. heresi 27. Aug. her. 7. afferens eum cultum imaginibus. Nam Deus est, quod in igitur doceat; non est Deus ipsa. Vnde, O Crux auctor spes unica: id est, Christe crucifixe. Sicut Deut. 32. Audite cœli, que loquor. Ita istud, Salve Crux pretiosa; prosopopœia est, desiderans fructum Crucis.

IV. *Cultus per se proprius imaginum est quidam imperfectus, qui analogicè reducitur ad speciem eius cultus, qui debetur exempla i.* Species autem cultus religiosi sunt, Latria, Hyperdulia, Dulia; quæ debentur naturæ intelligenti. Quia sicut habet imago se ad suum exemplar, ita se habet cultus imaginis ad cultum exemplaris: Sed imago est ipsum exemplar analogicè, & secundum quid: ergo & cultus imaginis esse debet secundum quid.

QVÆSTIO LXXXII.

*An Crux Christi sit veneranda,
& quatenus?*

LUTHERANI æquè ac CALVINIANI inimici Crucis Christi, successores damnatorum hæresiarum, ex suo Magistro istad dicere LUTHERO to. 2. Wittenb. fol. 539. *Si in campo conficerem vexillum Crucis, et ipse foret crucifixus, fingerem ab eo hand se-
cus, ac si me diabolus insequeretur: Idem in Po-
stilla fol. 148. Utinam nulla unquam corona
spinea, aut crux extitisset. Si qua particula S.
Crucis mibi donaretur, foretque in manu mea;
equidem isthaec continuò conderem, ubi nec sol
ipsam videret. Quodque de Cruce dico, idem
de quibusunque Reliquis dictum volo. Idem
tom. 7. Wittenb. fol. 393. Flammis deslagret
omnia festa Crucis. Idem tom. 2. VVittenb.
fol. 4. *Mitus Carolstadius cum prophetis suis**

vociferantur, & incendunt vulgus dicentes: se-
ca, diseca, distrahē, discerpe; dinerva, dif-
fringe, transfode, abiace, conculta, alapas in faci-
em idolis infringe. Vides Crucifixum; in fa-
iem illi inspue.

LUTHERANIS dictum, factum Calvinianis. Quorum argumenta cum responsio-
nibus repete ex mea Genealogia part. 1. qua-
fio. 24.

SVA DENT CALVINISTÆ porro istis apud Scharpium in Cursu Theol. 1. Adoran-
dæ Crucis nec præceptum est nec exemplū in Scripturis. 2. Latreutica adoratio solius
Dei est: ergo eam tribuere Crucis est hanc fa-
cere Deum. 3. Si ei ob Christi contractū
debetur adoratio: ergo magis ventri Matris;
& asino palmario, & iuda labii, &c. 4.
Cruci, quam Resurrectioni, plus tribuitur in
hoc *Crucem tuam adoramus; Resurrectionem
glorificamus.* 5. Christi Humanitas separata
à Divinitate, non esset Latræ cultu ado-
randā: minus ergo Crux. 6. Sp. Sanctus
est in baptismo; nec tamen ibi adorandus: si-
go minus Crux.

AUTOR. Tribus omnia comple-
ctar: 1. Veneranda est ipsa crux Christi:
2. Omnis Crux: 3. Et signum
Crucis.

1. *Lignum Crucis venerabile est.*

1. Quia eam Christus elegit sponte,
non innitus; Vti Aram sui Sacrificij,
Numini placando; Vti Scalam sibi ad re-
gnum: Vt instrumentum liberationis
nostræ; Vt tropœū triumphi de diabolo
deuictio: Quibus ille mirificum eis on-
tulit honorem. De quibus singulis S.
Scripturæ testimonia require in meo
Antichristo p. 1. q. 25.

2. Quia Mysteria S. Crucis sunt ve-
neratione dignissima. De quibus Eph 3.
Vt possitis comprehendere cum omnibus San-
ctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sub-
limitas, & profundum.

3. Quia

